

## Positiones juris civilis et canonici.

**Numéro d'inventaire** : 1980.00012.18

**Auteur(s)** : François Louis Bonvallet

**Type de document** : affiche

**Éditeur** : non renseigné (Caen)

**Imprimeur** : Jean-Claude Py[ ]on

**Période de création** : 4e quart 18e siècle

**Date de création** : 1776

**Description** : Une feuille, portant des tache d'humidité et des traces de brûlure symétriques dans les parties supérieure et inférieure de part et d'autre de la pliure médiane. Ces brûlures et d'autres déchirures ont été réparées au moyen de ruban adhésif appliqué au verso. Estampe dans la partie supérieure.

**Mesures** : hauteur : 590 mm ; largeur : 440 mm

**Notes** : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention de la licence, François Bonvallet, le lundi 23 décembre 1776, à Caen. Les articles de droit civil traitent des donations. Les articles de droit canon portent sur les règles de parrainage qui permettent de présenter un ecclésiastique pour l'obtention d'un bénéfice vacant. La dédicace, adressée au chevalier Thiroux de Crosne, est surmontée d'une estampe à demi détruite par une déchirure.

**Mots-clés** : Affiches de thèses et d'exercices publics

**Filière** : Université

**Niveau** : Supérieur

**Autres descriptions** : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



ILLUSTRISSIMO  
D. D. THIROUX DE CROSNE,  
EQUITI,

Augusto Galliarum Principi ab omnibus Consiliis, supplicum in Ædibus Regiis Libellorum Magistro, in Urbe Rothomagensi, Regionibusque procul confinibus cum judicariæ, tum politicæ rei simul, & arariæ Præfecto, Artium eadem in civitate, Litterarum Scientiarumque Academiæ Moderatori.

QUEM juvenilibus meis ferè ab annis tam aspicias benignè, istos, ego supplex, iterumque supplex oro, Magistratus Amplissime, meos in utroque Jure conatus benignitate velis eadem aspicere.

QUI ad humana rectaque omnibus in partibus vitæ normam institueret prosperè; prosperèque mihi utrum eveniat, quis dubitet, si ceteros suis ipsi dispari, meo prò modulo tuis audeam insistere vestigiis. Nam (1) æquale justum & tenacem propositi virum non semel fuimus experti. Quia in his igitur dum exercebor, si meis arideas conaminibus, hoc forsitan inebis utile mihi, tibi gratum; ut, quemadmodum (2) auges exemplis, ita me augcas aliquandò scientiâ, virtute, ceterisque præclaris dotibus.

(1) Horac. Od. 5. Lib. 1. (2) Od. 3. L. 5. (3) Cicero de Off. Lib. 1. C. 4. (4) Augus. Cicero de Off. Lib. 1. C. 1. in initio.

POSITIONES  
JURIS CIVILIS ET CANONICI  
PUBLICIS AGITANDÆ DISPUTATIONIBUS  
IN SCHOLIS JURIUM ACADEMIÆ CADOMENSIS,  
PRO LICENTIATUS GRADU CONSEQUENDO.

Ad Legem 28<sup>am</sup>. Cod. De Donationibus.

I. DONATIO sic dicta quasi doni datio, definitur liberalitas nullo jure cogente facta; duplex distinguitur, inter vivos & mortis causâ.

II. DONATIO inter vivos est, cum quis sine ullâ mortis cogitatione câ mente dat, ut res statim fiat accipientis, nec ad se ullo casu revertatur.

III. SEMEL perfecta revocari non potest, nisi certis de causis, ob summam donatarii ingratitudinem, vel si donator liberis orbus, liberos post donationem suscepit.

IV. DONATIO mortis causâ fit solo mortis intuitu, mera non est liberalitas; qui sic donat, magis se habere vult quàm donatarium, & magis donatarium quàm suum heredem.

V. CONFIRMATOR morte donatoris, tementè, ex solâ penitentia à donatore potest revocari, illo convalescente, aut præmoriens donatario sit irrita.

VI. UTRAQUE debet accipi, invito enim, infcio, & nolenti, liberalitas non potest acquiri.

VII. JURE veteri ut perficeretur donatio inter vivos, necessaria erat rei traditio, vel stipulatio, ex constitutione tamen divi Pii obtinuit, ut inter conjunctas personas, etiam nudo consensu facta valeret.

VIII. JUS illud ad omnes personas indistinctè protulit Justinianus, adeo ut conditione ex lege conveniri possit donator quò rem tradere cogatur.

IX. EX nudâ namque promissione, non quæritur dominium, sed solâ traditione, vel verâ, vel fictâ, aliquo videlicet symbolo, aut signo; hinc traditis instrumentis res tradite intelliguntur.

X. EST etiam aliud fictæ traditionis genus, fictio nempe brevis manus, sic donator, qui donando usumfructum rei donatæ sibi retinet, rem tradidisse videtur.

XI. FINGITUR enim brevi manu, & quodam compendio, nec donatario tradidisse, eamque ab eo mox utendam fruendam recepisse; nec interest an stipulatus fuerit donator sibi uti frui licere, vel usumfructum tantum donando retinuerit.

XII. UTROQUE enim casu donatarius possessionem acquisivisse videtur, quia eo modo sibi possidere desit donator, & nomine donatarii possidere incipit leg. pp.

Ad Caput 1<sup>um</sup>. Extrâ. De Jure Patronatûs.

I. JUS Patronatûs est jus præsentandi Clericum ad beneficium vacans.

II. CERTAM illius originem assignare satis est difficile, moribus enim videtur introductum, & illud porius admittit Ecclesiâ quàm introduxit.

III. PRIORIBUS sæculis Patrono fuit tantum personale, mediâ ætate ad illius filios est transmissum, denique ut ad quoscunque successores pertineat fuit receptum.

IV. LICET enim spiritualibus sit annexum, tamen ex se est temporale, & tanquam pars hereditatis transfertur.

V. QUOD si plures sint coheredes ad eos transmittitur in solidum, nec singuli, sed simul & unâ præsentare debent.

VI. SI verò singuli præsentaverint, maxime idoneus erit instituerendus. Ob discordias ultra statuta tempora sine pastore si legeat Ecclesiâ, providebit Ordinarius. Cap. prop.

De his, Deo favente respondit FRANCISCUS-LUDOVICUS BONVALLET, Rothomagensis, Baccalaureus, in Scholâ Juris Canonici, die Lunæ 23<sup>a</sup>. Decembris, an. Dom. 1776, horâ tertiâ post meridiem.

Arbitrè erit & Præfès D. JOANNES JACOBUS-GEORGIUS LE PAULMIER, Antecessor, nec-non Universitatis antiquus Rector.

CADOMI, apud JOANNEM-CLAUDIUM PUYON, solum Universitatis Typographum.

